



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

**Leoni, Giovanni Francesco**

**Coloniae Agrippinae, 1682**

44 Episcopi quomodo consecrentur.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10316**

- d: c: 27, n: 195. Graff d: c: 27, n: 38. & Rot. d: decis: 1, n: 9.* licet enim bigamus ad ordines promoveri non debeat, tamen promotus recipit characterem, *cap. quicumque, 50, dist: gloss: in d: cap: 2, in ver: dispensare, in fine, de bigam. & Graff. decis. sur. cap. 1, num. 24, par. 2, lib. 1.* sed non habet ordinis executionem, ut ibi.
- 40 Quatuor assignantur rationes, † quare bigamus ab ordinibus arceatur, prima propter defectum sacramenti unitatis, cum carnem suam in plures divideret; secunda propter prerogativam ordinum; tertia propter signum incontinentiae cum uxore mortua, si aliam duxerit; & quarta, quia frequentator conjugiorum non habet frontem alios hortandi ad viduitatem, *in capitula, dist. 26: & Graff. d: cap: 11, nu. 23.* Neque promoveri potest, si quis servilis est conditionis, *cap: nullus, cap. nulli, cap: quinnque, cap: servorum, cap. si quis, & cap. ultim: 54, dist. nec Monachus sine consensu Abbatis, cap. nullus, & cap. si quis, 58,*
- 41 *dist: †* Minores si ordinantur, ordines sacros recipiunt, sed executione usque ad legitimam aetatem est suspensa, *cap. pueri, cum gloss. 2, q: 1, cap: vel non, cum gloss. de temp: ord: cap: 2, de et: & qual: & gloss. 2.*
- 42 *in fine, in clem: fin: eod: tit †* Ordinatus extra tempora est suspensus, donec a Sede Apostolica fuerit dispensatus, *cap: cum quidam, & cap. literas, de temp. ord. quae 4*
- 43 *suspensio est inducta ipso jure, & qui suspensione hujusmodi durante, in eisdem ordinibus ministrare praesumpserint, irregularitatem incurrunt, & beneficiis ecclesiasticis possunt jure privari, Pius II. Constit. 6. Cum ex sacrorum, in Bull. Rom.*
- 44 *Ordinis Episcopalis †* potestate etiam Reges, & Reginae oleo cathecumenorum inunguntur, & coronantur die Dominico, triduo jejunio devote peracto per hebdomadam praecedentem, videlicet quarta, & sexta feria, & sabbato praecedente, ipsis praeparatis pro sanctissimo Eucharistiae Sacramento fumendo in metropolitana, sive alia cathedrali ecclesia, ubi solemnitas celebratur, astantibus pluribus Episcopis Regni, emissis prius a Rege flexis genibus coram eodem Metropolitano professione juxta formam, de qua in Pont. Rom. Clement. VIII. jussu edito, *fol. 228. & pro consecratione Metropolitanus intingit pollicem dexterae manus in oleo cathecumenorum, & jungit in modum crucis Regis brachium dexterum, inter juncturam manus, & juncturam cubiti, atque inter scapulas, in eodem Pont. fol. 231. & deinde eidem ense praebet, coronam capiti illius imponit, & sceptrum regale dat, ut ibidem *fol. 234, & 236.* eodemque modo cum in conjunctione brachii dexteri benedicatur Regina, cui etiam corona capiti imponitur, ut in eod. Pont. *fol. 250, & 251.**
- 45 *Eadem ordinis potestate † a Metropolitano, astantibus saltem duobus Episcopis, consecrantur Episcopi, praestito prius per eos juramento in manibus ejusdem Metropolitanus ad praescriptam in eodem Pont. formam, fol. 79. & adhibitis solemnitatibus, & ceremoniis, quae ibi sequuntur.*
- 46 *Abbatibus vero † eadem forma benedicuntur, & consecrantur, de qua in eodem Pont. fol. 122, & seqq. Et quia de benedictione, & consecratione Abbatissae, & virginum dantur formae, in eodem Pont. fol. 170, usque ad fol. 223. de his haec obitet mihi dixisse sufficiat.*
- 47 *Campanae etiam † ordinis Episcopalis potestate benedicuntur, in qua requiritur oleum*